Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

dum appuli. quia nefas
putarem tanti uiri latere
uirtutes. apud me ipse
dictaui. ut solecismis non
erubescerem. quia non ma
gnam istarum umquam rerum
scientiam attigisse. et si ali
quid ex his studiis. olim
fortasse libassem. totum
id disuetudine tanti tem
poris perdidissem. Sed tamen
ne nos maneat tam mo
lesta defensio. suppresso
si tibi uidetur nomine libel
lus edatur. Quod ut fieri
solet. titulum frontis erade.
ut muta sit pagina. et
quod sufficit loquatur
materiam. non loquatur
auctorem.

Plerique mortalium studiis secu
laribus inaniter
dediti. exinde perennem ut pu
tabant memoriam nominis sui
quesierunt. si uitas cla
rorum uirorum stilo illustras
sent. Que res utique non
perennem quidem. sed tamen
aliquantulum concepte spei
fructum afferebat. quia
et sui memoriam licet in
cassum propagabant. et
propositis magnorum uirorum
exemplis non parua emu
latio legentibus excitabatur.
Sed tamen nichil ad beatam illam
eternamque uitam hec illorum
cura non pertinuit. Quid
enim aut ipsis occasura cum
seculo scriptorum suorum gloria
profuit. aut quid posteri
tas emolumenti tulit le
gendo hectorem pugnantem.
aut socratem philosopha
tem. cum eos non solum imi
tari stulticia sit. sed non
acerrime impugnare de
mentia. quippe qui hu
manam uitam presentibus
tantum actibus estimantes
spes suas fabulis animas